BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 141r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eam barac. Si uenis mecum vadā
si nolueris uenire nō pgam. Que
dixit ad eum. Ibo quidem tecum. sz
in hac uice victoria tibi nō reputa
bitur quia in manu mulieris tra
detur sisara. Surrexit itaqz delbo
ra prexit cum barac in cedes qui
acceptis zabulon. z neptalim ascē
dit cum decem milibus pugnato
rum hūs delboram in comitatu suo
Aber autem cineus recesserat qn
dam aceteis cineis fratribus suis fi
lii obal cognati moysi. et tetendrat
tabernacula usqz ad cōuallem que
uocatur scium et erat iuxta cedes
Nunciatum qz est sisare quod as
cendisset barach filius ab moem
in montem thabor. z cōgregauit
nōgentos falcatos currus omnē
qz exercitum de arosech gencium ad
torrentem cison. Dixitqz delbora ad
barach. ~~filius abmoem~~ Surge hec
est enī dies in qua tradidit dominus
sisaram in manus tuas. en ipe duc
tor tuus est. Descendit itaqz bar
ach de monte thabor. z x. milia pug
torum cum eo. pterriuit qz dominus
sisaram et omnes currus eius.
Vniuersam qz multitudinem in ore
gladii ad conspectum barach ītan
tum ut sisara de curru desiliens
pedibus fugeret. z barach pseque
retur fugientes currus z exercitus
usqz ad arosech gencium. et omnis
hostium multitudo usqz ad inter
nicōem caderet. sisara aūt fugiēs
peruenit ad tentorium isael uxoris
aber cinei erat enī pax inter iabī
regem asor. z domum eber cinei.
Egressa igitur iahelim occursum

sisare dixit qz ad eum. Intra ad me
domine mi. Intra ad me ne timeas
qui ingressus tabernaculum eius
et optus ab ea pallio dixit ad eam
da michi obsecro paululum aque
quia ualde sitio. Que aperuit v
trem lactis z dedit ei bibere. z operuit
illum. dixitqz sisara ad eam sta ante
hostium tabernaculi et cum uenerit
interrogans te. z dicens. numquid hic
est aliquis. respondebis. nullus ē
Tulit itaqz iahel. uxor abel clauū
tabernaculi assumens pariter malli
um z ingressa absconse z cum silen
cio posuit supra timpus capitis eius
clauum percussumqz malleo defixit
in cerebrum usqz ad terram qui sopo
rem morti socians defecit z mortuus
est. z ecce barach sequens sisaram
ueniebat. egressaqz iahel. in occur
sum eius dixit ei. Veni et ostendam tibi
virum quem queris. qui cum intrasset
ad eam uidit sisaram iacentē mor
tuum z clauum fixum in timpore
eius. Humiliauit ergo deus in die illo
iabin regem chanaan coram filiis
israel. qui crescebant cotidie et forti
manu opprimebant iabin regem
chanaan donec deleret eum. amē.

V

Cecinerunt qz
delbora et barach. filius ab
moem in die illo dicentes
Qui sponte obtulistis de israel. animas
nostras benedicite domino. audite
reges. auribus pticipe principes ~~ho~~
Ego sum ego sum que domino canā
psallam domino deo israel. Domine
cum exires de seyr. z transires pre
giones edom terra mota est celiqz atqz
nubes distillauerunt aquis. montes